



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis


In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXII.**

3. Maij. 5. Nonas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**



3. Maij. 5. Nonas.

**A**LEXANDER: qui suafu ductu. *Obijt*  
 que sororis tuæ Mechtildis, relicto *anno*  
 regno, clam è Scotia in Picardiam fu- *1217.*  
 giens, ibidem in monasterio Fulniaci  
 pro sceptro baculum, agendis pecori- *Regnū*  
 bus aptum, pro purpura servilem con- *terrenū*  
 verforum cucullam apprehendisti. So- *deserit,*  
 li DE O nota erat generis nobilitas;  
 latentem tamen majestatem prodebat  
 tum frontis jubar, tum animi magni-  
 tudo, grande quidpiam observantibus  
 insinuans. Quod suo bono expertus  
 fuit vir quidam nobilis: qui venandi ar- *ursam*  
 dore in patentes campos (ubi armenta *sternit:*  
 pascebas) delatus, imminentis ursi ra-  
 biem jam frustra effugere quærebat.  
 Cujus trepidationem cernens, arrepto  
 ex pallentis manu telo, formidabilem  
 belluam uno ictu confecisti. Hujus-  
 modi gestis, præter alia virtutum ope-  
 ra celebris, genus tamen manifestare  
 non sustinebas, nisi novi regni heres. *glorio.*  
 Mox autem post felicem obitum cui- *sus ap-*  
 dam fratri te per visum exhibuisti, co- *paret.*  
 ronam in capite, aliam manu gestans,  
 cum dicto: *Corona, quam in manibus te-*  
*neo, corona extitit temporalis, quam dese-*

P 3

rui

*rui: illa, qua caput ornatur, corona est, Jus ad quam communem cum sanctis accepi. Etiam cœlum, mihi Unigenitus Dei Filius suo Sanguine jus ad regnum cœleste acquisivit: de qua licet miser per peccatum exciderim, spem tamen concipio restitutionis, si tua intercessione & patrocinio me Judici Clementissimo commendareris.*

*Floruit* B. WALTERE, itidem ex regia circa Scotorum familia oriunde; & pariter annum vilia fratrum Conuersorum munia, 1163. pomparum terrenarum fastui præferens in Meylrofa: ubi hospitem obsequio deputatus, ut charitatem pleno sinu posses effundere, prodigiosa de cœlo subsidia tulisti. Laborabat ali-

*Unico pane plurimos satiabat.* quando cœnobium gravi penuria frumenti: qua durante, panem hospitibus eundem, semperque integrum longo tempore apposuisti, nihil omnino decrescentem, cum tamen non pauci ex illo quotidie saturarentur. Finem autem miraculo fecisti, mox ut illud in vulgus fama produxit; vanæ gloriæ tineas humilitati magis, quam panis metu-

*Angelum suscipit hospitē.* ens. Aliàs cum tres in monasterium peregrinos induxisses; tertium nemo, præter te, aut vidit aut agnoyit. Quis verò ille fuerit, eadem nocte secundum quietem intellexisti: dum sub habitu illius hospitis Angelus monasterij Tutelariorum

Tutelaribus in hæc verba te allocutus est.  
 Fixum, aiebat, teneas, quod eleemosynæ,  
 & orationes vestræ ascendunt ante Domi-  
 num. Sancti Walleni Abbatis tui obi-  
 tum cum graviter infirmus, ob visio-  
 nem quandam, Romæ de ipso factam,  
 anxie deplorares; ipse te ostensione suæ  
 in cælo gloriæ consolari, & in veritatis  
 testimonium integræ sanitati restituere  
 dignatus est. Jam gnarus, quale ho-  
 spitium Deo maximè placeat, doce me cor-  
 dis mei tricliniū tali ornatu comere, ut ad  
 illud suā gratiā divertere non dedignetur  
 dulcis hospes animæ Iesus.

Anima,  
 hospiti-  
 ſium Dei.

S. BERNARDUS, ser. 46. in Cant.

Non putes, de propria amore quie-  
 tis, sanctæ obedientiæ actibus, senio-  
 rumve traditionibus, præiudicium  
 ullatenus faciendum: alioquin non  
 dormiet tecum sponsus in lecto uno,  
 illo præsertim, quem tibi pro obedi-  
 entia floribus, cicutis, atq;  
 urticis inobedi-  
 entia  
 aspersisti.

sponsus  
 dormit  
 in lecto  
 obedi-  
 entia.

